censium ingenti contentione dimica-
runt. Cumque dubia forte utrinque pre-
liaretur, tandem virtute Dei, qui exal-
tat humiles et deponit potentes superbos, Pisani VI°
kal. decembris qui fuit die Jovis, de Lu-
censibus et Ianuensibus gloriosam ha-
buerunt et (consecuti sunt) victoriam.
Illos vicerunt, debellaverunt et infu-
garunt usque ad predictam ligneam
turrem et ultra. Et de Lucanis cepe-
runt milites ~~200~~ CCC, pedites VII, et plures cum
tribus consulibus Lucanorum. Mul-
titudo maxima fuit ex eis occisa, mul-
ti in palude et alibi fugiendo diversimode pe-
rierunt. Papiliones quidem et tento-
ria, arma, equos, salmariam et om-
nia Lucensium spolia victoriosi Pi-
sani ceperunt. Nec dubium est illum
ultimum Lucane civitatis diem fu-
isse, si Pisani non ad spolia, sed ad
Lucenses devictos et infugatos capi-
endos divertissent. Ianuenses vero
qui de mari videbant recesserunt
dolentes. Altera vero die Pisani
predictam turrem ligneam ceperunt,
et mortuos Lucanos et arma et spo-
lia multa de silvis et paludibus abstraxerunt.
Tertia autem die, que fuit quarto kalendas

a) condicione V.
demicaverunt P.
b) utrique V. P.
preliarentur P.
c) superbos B
d) die B
cons. sunt B
f) trecentos P.
e) septimingentos P. e B
e) multe V. d) e B
centoria V.
Lucanorum B
d) victoriosi V.
e) e V. e) illud P.
f) dicitur V.
excidium P.
sed [illegible] P.
f) et in [illegible] P.
g) divertissent V.
h) p[illegible] et pal. e B